

TRANSLA. TRACTATVVM ORIGE. IN CANTICACANTICO. EPI. XLVI.

vallibus autē & his quae ad hoies vsq; pueniunt: columba assumit. Deniq; saluator quia hoiem est dignatus assumere: & venit ad terras: multiq; tunc circa Iordanē peccatores erant: liccirco spiritalis sanctus nō in turturē verit̄: sed colūba fit. Inter nos, ppter hoim multitudinē auis mansuetior conuersa. Turtur autē videt̄ (verbi gratia) Moysi: & vnicuique pphetarū recedētū in mōres & deserta: & ibi accipientū sermones dei. Vox ergo turturis audita est in terra nostra. Ficus produxit grossos suos. A ficu dignoscite parabolā: cū ramus eius tener factus fuerit: & folia miserit scitote quia iuxta est aestas. Vult nobis dei eloquiū nūciare post hyemē: post pcellas animarū ap̄ propinquasse messem & ait. Ficus produxit grossos suos: vites florescunt: dederūt odorem: si iam rumpunt̄ in florē: tempus adueniet: & erunt vuae. Surge veni proxima mea: speciosa mea: columba mea. Haec quae superius exposuimus: sponsus non audientibus adolescentulis: sed sola sponsa audiente loquit̄. Volumus autē & ipsius iam audire sermonē loq̄ntis ad sp̄sā. Surge veni proxima mea: columba mea: & veni columba mea sub tegmine petrae. Et Moyses sub tegmine petrae ponit̄: vt videat posteriora dei in tegmine antemuralis. Prīmū veni ad quod anter murū est: & postea poteris introire vbi murus est petrae. Ostende mihi faciē tuam. Vsq; ad praesentē diē similia dicunt̄ ad sponsam. Necdū enī habebat fiducia: vt reuelata facie gloriā dñi contemplant̄. Quia vero iam ornata est atq; composita: dicit̄ ei: Ostende mihi faciem tuam. Non dum enī erat vox eius ita suavis: vt mereret̄ ei dici: Audire me fac vocē tuam. Quādo ergo didicit loqui: Tace em̄ ait & audi Israel: & scito quid loquar. Et suavis facta est vox eius sp̄sō scdm illud ppheticū: Suavis fiat ei postulatio mea. Tūc ad eam sponsus effat̄: Et audire me fac vocē tuam: quia vox tua suavis est. Si aperueris os tuū verbo dei: dicet tibi sponsus: Vox tua suavis ē & aspectus tuus speciosus. Quapropter cōsurgētes de p̄cemur dñm: vt digni efficiamur sponsi sermone: Sapientia xpo Iesu: cui est gl̄ia & imperiū in saecula saeculorū: amen

Mat. 24.

Cōmentariū in canticacanticorū in quattuor libros vel homelias distinctū: qd̄ in qdā exēplari noie beati Hieronymi repperi praenotatū: qd̄ phare videt̄ eius assertio in libro viros illustriū: vbi se quattuor homelias in canticacanticorū scripsisse cōmemorat. Sed & in venusto & probato volumine hoc ipsum commentariū Origenis inscribitur: sed minime duabus praescriptis ex Origene traductis conuenit: quae etiam sup̄fluo traducta vel post repetita fuissent. Sagax igitur lector inquirat.

EPI.

XLVI.

Epithalamium libellus: id est nuptiale carmen in modum mihi videt̄ dramaticum a Salomone conscriptus: quem cecinit instar ludentis sponsae: & erga sponsum suum: qui est sermo dei coelestis amore flagrantis. Adamauit enim eum siue aia quae ad imaginem eius facta est: siue ecclesia. Sed & magnificus hic ipse atq; perfectus sponsus: quibus verbis vsus sit ad coniunctam sibi aiam vel ecclesiam: haec ipsa scriptura nos docet. Sodales sponsae quoque adolescentulae cum ipsa sponsa posita quae dixerint: quaeque etiam amici ac sodales sponsi ex eodem nihilominus libro: qui canticacanticorū intitulae cognoscimus. Possibilitas enim data est ipsis amicis sponsi aliquid dicere: ea dicitur: quae audierant ab ipso sponso latantes de coniunctione sponsae. Fit ergo sermo ab ipsa sponsa non solum ad sponsum: sed etiam ad adolescentulas: & rursum sermo non tantum ad sponsam: sed etiam ad amicos dirigunt̄ sponsi. Et hoc est quod sup̄ diximus carmen nuptiale in modum dramaticum esse conscriptum. Drama enim dicitur multarum personarum cantilena: vt in scenis agi fabula solet: vbi diuersae personae introducunt̄: & alij accedentibus: alij etiam discedentibus: a diuersis & ad diuersos textus narrationis explet̄. Quae singula suo ordine scriptura haec continet: totūque corpus eius mysticis format̄ eloquijs. Sed primo scire nos oportet: quoniam sicut puerilis aetas non mouet̄ ad amorē possibilium: ita nec ad capiendū quidē verba haec paruula & infantilis interioris hois aetas admittit̄: illorū scilicet qui lacte in xpo alunt̄: non cibo forti: sed nunc qui dem primū rationabile & sine dolo lac concupiscunt̄. In verbis enim canticacanticorū ille cibus est: de quo dicit ap̄lus: Perfectorū autē est solidus cibus: & tales requirit̄ auditores: qui p̄ possibilitate sumendi exercitatos habeant sensus: ad discretionē boni & mali. Et quidē paruuli quos diximus: si veniat ad haec loca potest fieri: vt nihil quidē ex hac scriptura proficiat̄: nec tñ valde ledat̄: vel ipsa quae scripta sunt legentes: vel quae ad explanationē eorū dicenda sunt recensentes. Si vero aliquid accesserit qui scdm carnē tantum vir est: huic tali non parū ex hac scriptura discriminis perculi nascet̄. Audite enim pure & castis auribus amoris noia nesciens: ab interiori hoie ad exteriorē & carnalē virū oēm deflectet̄ auditū: & a spū cōuertet̄ ad carnē: nutrietque in semetipso concupias carnales: & occasione diuinæ scripturae commoueri & incitari videbit̄ ad libidinem carnis. Ob hoc ergo moneo & cōsiliū do omni qui nondū carnis & sanguinis molestijs caret: neque ab effectu naturae materialis abscedit̄: vt a lectione libelli huius: eorūque quae in eo dicent̄ penitus temperet. Aiunt

Heb. 5.

O ij